

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

SANCTI IACOBI DE CHILE DISMEMBRATIONIS ET ERECTIONIS

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolici muneris ratio a Nobis postulat ut ea omnia capiantur consilia, quae animarum bono cedere videntur. Ad hoc autem assequendum valde prodest recta catholici orbis circumscriptio, quae ita est ordinanda vel immutanda, ut temporum et locorum condicionibus apte respondeat. Curare propterea debent Romani Pontifices ut, quum in aliqua regione, vel ob auctum christifidelium numerum, vel ob nimiam latitudinem, pastorale officium ab unico tantum Episcopo nequeat exerceri, ibi dioecesium ac Antistitum numerus, prout est necesse, augeatur.

Hoc vero accidit de archidioecesi Sancti Iacobi de Chile, cuius amplitudo ac ingens numerus fidelium, in dies magis magisque succrescentium, iam a tempore suadebant eandem in partes, hoc est in plures dioeceses esse dividendam. Quapropter Nos, praehabito voto tum Ordinarii eiusdem archidioecesis, tum Apostolici Nuntii penes Rempublicam Chilenam omnibusque rite perpensis, ad ipsius archidioecesis dismembrationem deveniendum censuimus. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit, vel sua interesse praesumant consensu, Apostolicae potestatis plenitudine haec, quae sequuntur, statuimus et decernimus.

In primis civiles provincias de *Talca* et de *Curicó* vulgo nuncupatas, cum suis viginti sex paroeciis ab archidioecesi Sancti Iacobi de Chile sepa-



+ *Ivo Scapolo*
S.E. Mons. Ivo Scapolo
Nuncio Apostólico

ramus et distrahimus, et in dioecesim, *de Talca* nuncupandam, erigimus, cuius sedem in civitate *Talca* constituimus, ibique ad cathedralis honorem evehimus paroecialem ecclesiam S. Augustini. Item civiles provincias, vulgo *O' Higgins* et *Colchagua*, ab archidioecesi Sancti Iacobi de Chile pariter distrahimus, cum omnibus et singulis triginta una paroeciis et in novam dioecesim constituimus *de Rancagua* nuncupandam, ab urbe *Rancagua*, in qua erit sedes episcopalis, ibique paroecialem ecclesiam Sanctae Crucis ad cathedralis dignitatem extollimus. Item civilem provinciam *de Valparaiso* cum paroeciis ibi exstantibus et in ea contentis ab archidioecesi Sancti Iacobi de Chile similiter avellimus, eamque in separatam dioecesim erigimus, *de Valparaiso* ab urbe *Valparaiso* appellandam, eique insuper dioecesi assignamus insulas *Juan Fernandez* (*Mas a Tierra* et *Mas a Fuera*), quae hucusque praefatae archidioecesi Sancti Iacobi pertinebant. Episcopalis sedes huius novae dioecesis in ipsa civitate *Valparaiso* erit, et in cathedralem constituimus ecclesiam, quae in eadem urbe modo exstruitur, Nostrae Dominae a Monte Carmelo dicatam. Denique civilem provinciam *de Aconcagua* cum suis sexdecim paroeciis ab archidioecesi Sancti Iacobi de Chile pariter distrahimus et in novam dioecesim erigimus *Sancti Philippi de Aconcagua* a civitate Sancti Philippi nuncupandam. Sedem autem huius novae dioecesis in urbe « Sancti Philippi » constituimus, et ecclesiam Sancti Philippi Apostoli ibi exstantem ad cathedralis gradum evehimus. Quare, hisce peractis dismembrationibus, archidioecesis *Sancti Iacobi* provinciam tantum « Sancti Iacobi » servabit, cum suis quadraginta quinque paroeciis, et insulam *de Pascua*.

Harum autem dioecesium fines iidem erunt ac fines, quibus modo delimitantur civiles provinciae et circumscriptiones (vulgo *departamentos*), quibus unaquaeque dioecesis constat.

Hisce vero neo-erectis cathedralibus Ecclesiis earumque pro tempore Episcopis tribuimus honores, insignia, favores, iura ac privilegia, quibus aliae cathedrales Ecclesiae earumque Antistites in America Latina iure communi, vel legitima consuetudine pollent ac fruuntur. Ipsas cathedrales Ecclesias suffraganeas constituimus metropolitanae Ecclesiae Sancti Iacobi de Chile, eorumque pro tempore Episcopos iuri metropolitico eiusdem Archiepiscopi Sancti Iacobi subiicimus, reservata tamen Apostolicae Sedi facultate libere novam decernendi ipsarum dioecesium dismembrationem, quoties id expedire in Domino visum fuerit.

Quum autem temporum adiuncta prohibeant quominus in unaquaque dioecesi canonicorum Capitulum modo instituatur, mandamus ut, loco canonicorum, dioecesani Consultores, ad tramitem can. 423 et seq. eligantur. Mandamus insuper ut, quamprimum fieri poterit, saltem parvum Semina-



+ Ivo Scapolo
S.E. Mons. Ivo Scapolo
Nuncio Apostólico

rium dioecesanum iuxta Codicis praescripta et normas a Sacra Congregatione de Seminariis traditas, in unaquaque dioecesi erigatur; utque interim alumni Facultatis philosophicae ac theologicae neo-dioecesium de Talca, de Rancagua, de Valparaiso et Sancti Philippi, donec aliter statuatur, in Seminarium Sancti Iacobi de Chile mittantur. Volumus insuper ut, uniuscuiusque dioecesis sumptibus, duo delecti iuvenes, aut saltem modo unus, non intermissa vice in Pontificium Seminarium Pium Latinum Americanum de Urbe mittantur.

Quod autem attinet ad harum dioecesium regimen et administrationem, ad Vicarii capitularis, seu Administratoris sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera, aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones decernunt. Quod vero ad clerum praecipue pertinet, statuimus ut simul ac dioecesium erectio facta fuerit, eo ipso presbyteri ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio legitime exstant. Singulorum Ordinariorum autem erit curare ut omnia documenta et acta, quae novas dioeceses respiciunt, quamprimum fieri poterit earum Cancellariae tradantur ut in singulis archivis serventur.

Episcopalem mensam novarum dioecesium constituent Curiae emolumenta et ceterae oblationes, quae a fidelibus, in quorum bonum ipsae dioeceses sunt erectae, praebere solent, praeter ea quae iam ad hoc sunt collecta, et a civili Gubernio adsignantur. Archiepiscopus vero Sancti Iacobi singulis dioecesibus noviter erectis intra fines territorii, quod hucusque suae archidioecesi pertinebat, nempe de Talca, de Rancagua, de Valparaiso et Sancti Philippi, summam solvet ad tramitem Codicis iuris canonici.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum interest, vel sua interesse praesumant, auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato defectu, notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas, tanquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas perpetuo validas existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus.

Hisce itaque ut supra dispositis, ad eadem omnia executioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Benedictum Aloisi-Masella, Archiepiscopum tit. Caesariensem, Nuntium Apostolicum apud Rempublicam de Chile, eidem tribuentes necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi,

+ *Ivo Scapolo*
S.E. Mons. Ivo Scapolo
Nuncio Apostólico



ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate vel officio constitutum, imposito eidem onere ad Sacram Congregationem Consistorialem mittendi infra sex menses a praesentibus Litteris datis computandos, authenticum exemplar peractae executionis.

Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate, vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si originaliter exhibitae, vel ostensae forent.

Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque.

Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, evectionis, concessionis, statuti, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursum.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo non-gentesimo vigesimo quinto, die decima octava mensis octobris, Pontificatus Nostri anno quarto.

O. CARD. CAGIANO,
S. R. E. Cancellarius.

✠ C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen. et Mandelen.,
S. C. Consistorialis Secretarius.

Dominicus Iorio, *Protonotarius Apostolicus.*
Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco ✠ Plumbi.

Reg. in Canc. Ap., vol. XXXIII, n. 22.




+ Ivo Scapolo
S.E. Mons. Ivo Scapolo
Nuncio Apostólico

Auto

de
erección de las Diócesis

de

Calca Rancagua Valparaíso
y San Felipe.





Auto

de erección de las Diócesis de Calca,
Rancagua, Salparaiso y San
Felipe.

(En aduación)

Benedicto Moysi Musella, por la
gracia de Dios y de la Santa Sede, Ar-
zobispo de Cesarea, Nuncio Apostólico
en la República de Chile, a nuestro ama-
do en Cristo, Señor Crescente Carrizuri
Valdivia, Arzobispo de Santiago de Chi-
le, salud en el Señor.

Habiendo, nuestro Santísimo
Señor. Pio, por la Divina Providencia
Papa XI, en las Letras Apostólicas
"Apostolici muneris ratio", dadas el 18 de
Octubre de 1925, separado de esta Ar-
quidiócesis de Santiago ^{algunas porciones de territorio} y decretado consti-
tuirlas y erigirlas en nuevas Diócesis, que
habrán de llamarse de Calca, de Ranca-

qua, de Valparaiso y de San Felipe, como
realmente las ha constituido y erigido, y ha-
biéndonos deputado para la ejecución de
todas las cosas contenidas en dichas Le-
tras, concediéndonos las facultades necesa-
rias para delegar, para el efecto de que se
realice, en alguna persona constituida en
dignidad eclesiástica, Nos, usando de di-
chas facultades, por las presentes Letras, he-
relegamos y deputamos a Ti, Venerable Her-
nando Nostro Crescente Errázuriz Vald-
ivieso, Arzobispo de esta Arquidiócesis, para
la ejecución y cumplimiento de todas aque-
llas cosas que en las Letras Apostólicas,
que acabamos de mencionar, se contienen,
en la obligación de cumplir y observar
fielmente todo aquello que en dichas Le-
tras Apostólicas ha sido establecido y pres-
crito, debiendo hacer referencia a esta nues-
tra subdelegación.

Dado en Santiago de Chile,
en el Palacio de la Nunciatura Apóst.

tética, el año del Señor de mil novecien-
tos veintiséis, día nueve de Abril, año quin-
to del pontificado de Nuestro Santísi-
mo Papa Pío XI. = Benedicto, Arzobis-
po de Casarea, Nuncio Apostólico. ~~Mon-~~
~~Teológico y Guardador de las Bula Enciclica y Apostólica~~
Nos, Crescente Carrizosa Valdivieso
por la gracia de Dios y de la Santa Sede
Apostólica, Arzobispo de Santiago de
Chile, Asistente al Trono Pontificio, etc.,
subdelegado por el Excelentísimo Señor
Nuncio Apostólico, Dr. Benedicto Moí-
si Masella, para ejecutar las Letras
Apostólicas de Nuestro Padre Pío XI
sobre la erección de los Obispados de
Calca, Rancagua, Valparaíso y San Fe-
lipe, al Clero y fieles del Arzobispado,
salud en Nuestro Señor Jesucristo:

La Santa Sede que desde tiempos
atrás venía manifestando sus deseos
de que se aumentaran los Obispados
de nuestra República, como medio efi-
caz de procurar el desarrollo de la vi-
da religiosa y proveer a la salvación de

El Sr. Arzobispo ha aprovechado la primera oportunidad para decretar la desmembración de nuestro Arzobispado, erigiendo cuatro nuevas Diócesis, como lo hace Nuestro Santísimo Padre el Papa, Pío XI, por su Bula "Apostolici muneris ratio", de fecha 18 de Octubre de 1925, después de cerciorarse de nuestra excelente voluntad para llevar a cabo esta importante empresa.

Los nuevos Obispados se denominarán de Cúcuta, Rancagua, Valparaíso y San Felipe. El primero abarcará la provincia de este nombre y la de Curicó con las parroquias que actualmente existen en ese territorio, con asiento en la ciudad de Cúcuta y le servirá de Catedral la iglesia parroquial dedicada a San Agustín; el segundo, Rancagua, comprenderá las provincias de Higgins y Colchagua con las parroquias que actualmente existen en ellas; tendrá su asiento en la ciudad de Rancagua y su Catedral será la actual iglesia parroquial, dedicada a la Santa Cruz;



el tercero, Valparaíso; comprenderá la provincia de este nombre, con las parroquias que actualmente existen en ella, y la Isla de Juan Fernández, denominadas Mis a Tierra y Mis afuera; tendrá su sede en la ciudad y puerto de Valparaíso y por Catedral la iglesia que se construye con este objeto, dedicada a Nuestra Señora del Monte Carmelo, y el cuarto, San Felipe, que comprenderá la provincia de Acorcagua, con las ^{parroquias} que actualmente existen, y con asiento en la ciudad de San Felipe, sirviéndole de Catedral la iglesia parroquial, dedicada a San Felipe, apóstol. De esta manera el Arzobispado comprenderá solamente la provincia de Santiago y la Isla de Pascua. Los límites de estas Diócesis serán los que actualmente tienen las provincias civiles nombradas con sus departamentos. El Padre Santo concede a los Obispos de estas Diócesis y a sus iglesias Catedrales los privilegios que

por derecho o legitima costumbre gozan las
demás Diócesis de la América Latina. Se-
rán sufragáneos del Arzobispado de San-
tiago, cuyo Prelado tendrá todos los dere-
chos de Metropolitano, pero reservándose su
Santidad el derecho de desmembrar las
nuevas Diócesis cuando lo creyere conve-
niente en el Señor.

Por impedir las circunstancias
de los tiempos establecer desde luego el Ca-
pítulo de Canónigos, los nuevos Obispos deberán
nominar en lugar de los canónigos, Consulto-
res Diocesanos, al tenor del canon 23 y
siguientes.

En cada una de estas Diócesis
se deberá erigir cuanto antes, a lo menos,
un Seminario Menor Diocesano, según
las disposiciones del derecho y normas de
la Sagrada Congregación de Seminarios,
mientras tanto, los Obispos de Calca Ran-
agua, Taltiraise y San Felipe, mandarán
al Seminario de Santiago los alumnos de
Filosofía y Teología, hasta que la Santa

Sede disponga otra cosa. Además, cada uno de estos Prelados mandará por cuenta de la Diócesis y sin interrupción, dos, o, a lo menos, un alumno, de los más escogidos, al Seminario Pontificio Pio Latino Americano.

Los nuevos Obispados se gobernarán por las disposiciones de las Sagradas Cánones en todo lo que se refiere al régimen y administración, a la elección del Vicario Capitular o Administrador sede vacante, y a los derechos y obligaciones de los clérigos y de los fieles.

Quedarán adscritos a dichas Diócesis los clérigos que en el momento de la erección tuvieran en ellas sus domicilios (legítimamente existant).

Los Ordinarios organizarán cuanto antes sus archivos, procurando guardar en ellos todos los documentos que tengan relación con la Diócesis.

La mesa episcopal la constituirán los emolumentos de la Curia y las ofrendas

que suelen hacer los fieles, en cuyo bien y provecho se crean las diócesis, además de lo que ya se ha colectado con este fin y de lo que se asigne por el Gobierno Civil. Las cuatro Diócesis de Tlaxcala, Rancagua, Valparaiso y San Felipe recibirán del Arzobispo una cantidad de dinero, conforme a las disposiciones del derecho.

Por tanto, en virtud de la autoridad apostólica a mí subdelegada, damos por ejecutoriadas y cumplidas los mandatos de N. S. P. Santísimo Padre Pío XI en su Bula "Apostolici numeris ratio", y por erigidas, creadas y constituidas los Obispos de Tlaxcala, Rancagua, Valparaiso y San Felipe, con todas y cada una de las cosas puntualizadas en el presente auto de erección, las que deberán ^{guardarse} y observarse en todas sus partes, no obstante cualesquiera otras disposiciones en contrario.

Comuníquese al Excelentísimo Señor Canciller Apostólico y a cada uno de los Mostresimios Obispos de las cuas



tre Succesis erigidas.

Hecho en Santiago, a diecisiete dias
del mes de Abril del año del Señor mil
novecientos veintiseis, quinto del Pontifi-
cado de Nuestro Santísimo Padre Pio XI.

Presidente, *Agustín Morán*

Por mandado del Sr. Srta. Srta. y Rma.

Agustín Morán
Secr.